

ab omnibus symptomatibus liberavimus, crebrò in illum instillando sequens Collyrium:

℞ *Sief alb. c. opio ʒj. Tut. præp. ʒʒ.*

Perlar. præp. ʒj. camphor. ʒij.

Tenuissimè pulverisata misceantur cum aqua ophthalmica jam præscripta q. s. D.S.

Sonderlich Augewasser.

CAPUT X.

VIRES JUNIPERI IN AURIUM AFFECTIBUS EXPLANAT.

I. AURIUM TINNITUS.

*Aurium
Tinnitus.*

TEla prævisa cum minus nocere solent, ideò prænunciatum ex tunc periculum sapientis est. Nuncius mali subsecuturi, surditatis videlicet, non incertus est Tinnitus aurium, qui cum & ipse auditum lædat & plerumque flatibus & vaporibus ortum suum debeat adque graviora mala fenestram patefaciat, maturè carminativis tollendus est medicamentis, quibus & *Juniperus* non immeritò associatur.

Platerus lib. 1. Observat. hâc confectio sicca ad Vapores, ne caput petant, impediendos utendum svadet pag. 123. quem ita componit.

℞ *Sem. coriandr. scœnie. anise carv. sacch. semiobauetor. aa ʒʒ.*

Pulv.

Pulv. diacydon. sine speciebus ʒj
Sem. cymin. ʒʒ. Gran. Juniper. incif. ʒij.
Sacchari parum. Misce.

Sennertus lib. I. med. Pract. sect 3. cap. VI.

Evaporationem ex sequente Decocto
 manè & vesperi præscribit:

℞ *Fol. calam. major. cent. min. rosmarin.*
ãã Mj. laur. absinth. ãã Mʒ.

Bacc. juniper. elect. num. XV. lupinor.
num. XII.

Lumbricor. vino lotor. & in syndone li-
gatorum pʒ.

Coqu. in f. q. Δæ & duplo vini albi ad
 consummationem tertæ partis. Colatura
 fervetur pro Evaporatione; Quâ dum
 æger utitur fabas aut pisa aliquot in ore
 detineat & mastice, ut patente ita me-
 tu auditorio fumus magis penetret. Post
 Evaporationem facculus calefactus au-
 ribus imponatur, qualis est sequens:

℞ *Fol. major. salv. ãã Mʒ. rut. Mj. absinth.*
Summit. aneth. ãã pij. bacc. laur. ʒj.
Gran. Junip. ʒiʒ. Flor. chamemel. pij.
Sem. cymin. ʒj. carvi ʒʒ.

Concisa indantur facculis duobus ex te-
 lâ linteâ paratis, qui alternatim calidi
 auribus imponantur.

Tslemannus pag. 127. de materiâ me-
dicâ sequens proponit:

℞ *Bacc. laur. juniper. Sem. cumin. carv.*
ãã ʒij.

Conquassa misce cum massa panis, collocentur simul in furnum pistorem, dividatur deinde per medium & humectetur cum Spir. Vin. (melius fortasse erit Spir. Juniperi) cochl. 4. vel 5. & applicetur adhuc calida auribus.

II. SURDITAS.

Surditas.

Quemadmodum dulcis sonus animum mirificè exhilarat, ita molestia non levis est, tantâ dulcedine privari, sicuti de hoc unice conqueruntur Surditate affecti, ad quam tollendam præmissis Evacuationibus capitis commendat *Riverinus lib. 3. Med. Pract. cap. 1.* si panis fomenti loco, cum semine carvi antea subactus, calens è furno per medium dissectus auri admoveatur, vel sublatâ crustâ inferiori Spiritui Vini immerfus, calidè, quantum æger ferre poterit, auri applicetur. Efficaciorem tamen esse dicit, si panis antequam coquatur cum semine carvi, *baccis juniperinis* ac nucem moschatâ subactus fuerit & modo jam dicto applicetur auri. Succum hunc instillandum præcipit *idem Autor loc. cit.*

℞ *Radic. cyper. sem. anis. cumin. bacc. juniper. āā ʒj.*

Misc. F. Pulvis, quo impleatur cæpe magnum & excavatum, quod postea supra
pru-

prunas coquatur succusque in aurem
instillandus exprimatur.

A d auditum quovis modo læsum
sequens adhibet *Conrad Kunrath tractat:*
20. medull. destill.

℞ *Gran. Junip. Herb. sabin. āā qv.*
Contund. grosso modo, Coqu. in Vino &
fumus excipiat per trajectorium.

Sic & Spiritum tam Otalgicum
quam Acovisticum *baccis juniperi* exorna-
vit Mynsichtus, ut *sect. 18. Armament.*
Chym. videri licet.

Platerus lib. 1. Observat. p. 115. Auribus
cuidam ægroto noctu sequentem aquam
indidit posteaque iterum effluere sivit,
addendo semper guttam i. fellis Car-
pionum:

℞ ∇ *æ foenic. semin. carvi post abstractio-*
nem olei remanent. āā ʒj.

Spir. Juniperi ʒ℞. Misce.

Suffitum quoque auribus per infundi-
bulum suscipere svasit ex Decocto origa-
ni, rutæ, majoranæ, spic. Celticæ, baccar.
lauri, *Juniperi*, semin. foenicul. carvi, cu-
mini in vino decocto.

Sebizius part. 2. Specul. Med. Pract.
sect. 6. cap. 9. Sacculos auribus applican-
dos parat ex Θ e torrefacto, milio, bac-
cis lauri & *Juniperi*, femine carvi, cumi-
ni, anisi, foeniculi, foliis rosmarini, sal-
viæ & majoranæ &c.

K 3

Ex-

Externè quoq; lixivium ad difficultatem auditus ex cineribus *Juniperi* additis aliis cephalicis & calefacientibus applicavit *Timæus à Guldentlee lib. 1. Cas. Med. pag. 65.*

III. AURIUM DOLOR, ULCUS ET EXCREMENTA EX AURIBUS EGREDIENTIA.

Cum aurium dolor plerumque vel ab inflammatione vel ulcere, & excrementa egredientia ab iisdem ferè causis proveniant, meritò & hos affectus uno hoc complectimur capite, & quid in hisce casibus *Juniperus* valeat, exploramus.

Sennertus in ulcere aurium fumum per infundibulum ad aures derivat ex hoc pulvere ortum *lib. 1. med. Pract. part. 3. sect. 3. cap. 3.*

℞ Gum. *Juniper.* ʒ℞. *thur. myrrh.* āā ʒj.
Sarcocoll. ladani āā ʒj.

Misc. F. Pulvis. Vel cum f. q. *Therebinthinæ* F. Pastilli.

Observatio.

Hieme præterlapso Pastorem, Virum 53. annorum, curavimus, qui de atrocissimo dolore auris sinistrae, strepitu, tumore capitis in latere affecto & egressione humoris excrementii saniei similis ex aure sæpiùs recurrente conquerebatur, accedebat oris Tortura ad latus dextrum

dextrum, os adeò distorquens, ita ut sermo impediretur & officio concionatorio fungi non posset.

Ordinavimus illi tale vinum medicatum:

℞ *Herb. beton. majoran. rosmarin. serpill. āā Mj.*

Flor. lil. convall. lavend. āā MB.

Rad. Helleb. nigr. ꝑ̄. rhabarb. ꝑ̄ij.

Fol. fenn. ꝑ̄. ꝑ̄ij. bacc. juniper. ꝑ̄ij.

Concis. & contus. D. ad chartam. S. Species zu 3. Maß Kräuter, Wein.

Cucurbitulas cum scarificatione scapulis & cervici affigi curavimus, pilulasque in dolore capitis descriptas, ut & pulverem quendam Cephalicum addidimus.

Externè auri affectæ indendum sequens præscripsimus:

℞ \odot *coct. rosar. nymph. āā ꝑ̄.*

dest. junip. ꝑ̄. anthous. lavend. gtt. vi.

succin. gtt. iij.

Misc. D. S. Del/ 2. bitten Tröpflein davon mit Baumwolle ins Ohr zu thun.

Ad oris Torturam corrigendam externè adhibuimus oleum, cujus descriptio ex capite sequenti petenda.

Quibus adhibitis perfectè convaluit.